Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



rens aut philippus. Audiuit
illum legentem ysayam ppham
et dixit. Putasne intelligis que
legis? Qui ait. Et quo possum
intelligere: nisi aliquis ostenderit
michi? Rogauitque philippum ut
ascenderet et sederet secum. Lo
cus autem scripture hic erat quem
legebat. Tamquam ouis ad occisi
onem ductus est. Et sicut agnus
coram tondente se obmutescet
sine voce. Sic non aperuit
os suum. In humilitate iudicium
eius sublatum est. Generaci
onem eius quis enarrabit?
Nam tolletur de terra vita eius.
Respondens autem eunuchus dixit phi
lippo. Obsecro te de quo ppha di
cit hoc de se an de alio aliquo.
Aperiens autem philippus os su
um: et incipiens a scriptura ista
euangelizauit illi ihm. Et dum
irent per viam venerunt ad quandam
aquam. et ait eunuchus. Ecce aqua
quis prohibet me baptizari?
Dixit autem philippus. Si credis
ex toto corde licet? Et respondens
ait. Credo filium dei esse ihm.
Et iussit stare currum. Et descen
derunt uterque in aquam philippus
et eunuchus. et baptizauit eum.
Cum autem ascendisset de aqua
Spiritus dni rapuit philippum
et amplius non vidit eum eu
nuchus. Ibat autem per viam su
am gaudens. Philippus autem
inventus est in azoto. Et per
transiens euangelizabat ci
uitatibus cunctis. donec veni
ret cesaream. Nomen dni
nri ihu cristi. Gr. Hec dies. v.
Bndictus qui venit in nomine dni deus
dns et illuxit nobis. Alla. v. In die
resurrectionis mee dicit dns precedam
vos in galileam. S. Johannes.
In illo tem. Maria stabat ad
monumentum foris plorans. Dum
ergo fleret inclinauit se et pro
spexit ad monumentum: et vidit
duos angelos in albis seden
tes unum ad caput. et unum ad
pedes ubi positum fuerat cor
pus ihu. Dicunt illi. Mulier
quid ploras? Dicit eis. Quia
tulerunt dnm meum. et nescio ubi
posuerunt eum. Hec cum dix
isset conuersa est retrorsum. et
vidit ihm stantem. et nescie
bat quia ihus est. Dicit ei ihs.
Mulier quid ploras. quem que
ris? Illa existimans quia or
tulanus esset dicit ei. Dne si
tu sustulisti eum dicito michi.
ubi posuisti eum et ego eum tol